# The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

# Religio c
## cum uariis

Et rursus illi qui aliquid uidebantur in seculo esse non habeant fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem ex paupertate uenerunt. Magis autem studeant non de parentum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur, si communi uite de suis facultatibus contulerint aliquid, nec de suis diuiciis magis superbiant quia eas monasterio parciuntur quam si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quecumque integritas in malis operibus exercetur ut fiant, superbia uero eciam bonis operibus insidiatur ut pereant, et quid prodest dispergendo dare pauperibus et pauperem fieri cum anima misera superbior efficitur diuicias contempnendo quam fuerat possidendo?

Augustinus ibidem.

________

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

et rursus illi] sed rursus etiam illi $V^2$ $L^1$ $L^2$; fastidio] esse non habeant fastidio *add*. (*del*. *intra*) M; nec] ne (*cor*. *supra lin*.) M; suis] de *add*. (*del*. *sub lin*.) B; integritas] iniquitas $V^2$ $L^1$ $L^2$; eciam] in P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; insidiatur] insidiantur M; quid *om*. $V^2$ $L^1$ $L^2$; cum] si $V^2$ $L^1$ $L^2$